









20

65

Pr. 20. n. 6<sup>a</sup>

DE  
**DONATIONE INOFFICIOSA**  
PRO  
PARTE LEGITIMAE RESCINDENDA

---

AVCTORE

CHRIST. FRIDER. SCHORCHT

ADVOC. IMMATR.



---


I E N A E

APVD C. F. GOLLNER ET I. W. RVDOLPH.

CIO IOCC LXXXVIII.

Kf 1351





ILLVSTRISMI REGIMINIS, QVOD IN DVCATV  
FLORET  
VINARIENSI  
CANCELLARIO  
SPLENDIDISSIMO, MERITISSIMO,  
EXCELLENTISSIMO  
ATQVE  
PERILLVSTRI VIRO  
DOMINO  
**ACHATIO LUDOVICO CAROLO**  
**SCHMIDIO**

IURIS VTRIVSQVE DOCTORI ET ICTO LONGE CELEBERRIMO  
SERENISSIMI DVCIS SAXO-VINARIENSIS ET ISENACENSIS A CONSILII  
INTIMIS

DOMINO  
JOANNI FREDERICO  
MAECENATI ET PATRONO MEO  
SUMMO PIETATIS ET OBSEQVI CULTV PROSEGVENDO

NEC NON  
RELIQVIS ISTIVS ILLVSTRISSIMI REGIMINIS  
ADSESSORIBVS SPECTATISSIMIS  
VIRIS PERILLVSTRBVS, ILLVSTRBVS, GENEROSISSIMIS  
AC CONSVLTISSIMIS

D O M I N O

CHRISTIANO GOTTLÖB MÜLLERO

SERENISSIMI DVCIS SAXO-VINARIENSIS ET ISENACENSIS A CONSILIIS  
REGIMINIS INTIMIS

D O M I N O

GVIELMO EMAVELI HETZERO

SERENISSIMI DVCIS SAXO-VINARIENSIS ET ISENACENSIS CONSILIARIO  
REGIMINIS INTIMO

D O M I N O

IOANNI FRIDERICO  
DE KOPPENFELS

SERENISSIMI DVCIS SAXO-VINARIENSIS ET ISENACENSIS CONSILIARIO  
REGIMINIS INTIMO

DOMINO  
ERNEST. CAROLO CONSTANTINO  
DE SCHARDT

SERENISSIMI DVCIS SAXO-VINARIENSIS ET ISENACENSIS A CONSILIIS  
REGIMINIS INTIMIS

DOMINO  
IOANNI LUDOVICO ECKARDO

SERENISSIMI DVCIS SAXO-VINARIENSIS ET ISENACENSIS CONSILIARIO  
AVLAE ET REGIMINIS

DOMINO  
FRANCISCO PAVLO CHRISTOPH.

LIB. BAR. DE SECKENDORF

SERENISSIMI DVCIS SAXO-VINARIENSIS ET ISENACENSIS CUBICVLARIO  
ET REGIMINIS CONSILIARIO

DOMINO  
FRIDERICO CAROLO  
DE ROTENHAHN

SERENISSIMI DVCIS SAXO-VINARIENSIS ET ISENACENSIS CVBICVLARIO  
REGIMINISQVE CONSILIARIO

DOMINO  
FRIDERICO CAROLO  
LIB. BAR. DE DÜRKHEIM

SERENISSIMI DVCIS SAXO-VINARIENSIS ET ISENACENSIS CVBICVLARIO  
REGIMINISQVE ADSESSORI

DOMINO  
CHRISTIANO GOTTLLOB VOIGT

SERENISSIMI DVCIS SAXO-VINARIENSIS ET ISENACENSIS A CONSILIIS  
REGIMINIS

MAECENATIBVS ET PATRONIS MEIS  
SVMME COLENDIS

EXCELENTISSIME  
AT QVE  
PERILLVSTRIS DOMINE  
VIRI  
PERILLVSTRES ILLVSTRES GENEROSISSIMI  
ATQVE CONSVLTISSIMI  
MAECENATES ET PATRONI

SVMMO PIETATIS ET OBSEQVII CVLTU PROSEQVENDI



*Quanquam meae mibi tenuitatis conscius haud  
ignorem, libelli, quem VOBIS, EXCEL-  
LENTISSIME atque PERILLVSTRIS DO-  
MINE, VIRI PERILLVSTRES ILLVSTRES GENEROSISSI-  
MI atque CONSVLTISSIMI demisse offero, non eam effe*

X 3

*dotem*

dotem, ut quod Tantorum Virorum lectione satis dignum  
esset, proferat, confisus tamen admirabili Vestrae humani-  
tatis candore, non sine quadam mentis alacritate has con-  
scripti plagellas, VOS, Maecenates et Patroni summe  
colendi istas tanquam submissae, qua VOS colo, reueren-  
tiae monumentum gratiōe accepturos esse, sperans. Non  
video, quid mibi optatius, quid, quo me feliciorem praedi-  
carem, accidere possit, quam VIRIS SVMMIS, qui iusti-  
tiae in Terris Vinariensis exercendae cum gloria p̄ae-  
sunt, operamque nauant, a studio iurium tractandorum, cui  
me dedi, quoque patriae dulcissimae inservire cupio, inno-  
tuisse. Quae res quam vim effet habitura ad animum me-  
um exstimalandum, meque, pluribus adiutum subsidiis, stu-  
dia mea in dies excultiora reddere, excitandum, sensi ac  
sentio.

Quo melior celeriorque iustitiae est administratio, eo  
maiore diligentia Iurisperitus, causarum actor, quae ipsius  
sunt, partes explet, et eo alaciore animo leges ad facta  
ad�icat, quo certiore oculo, qualis sit processus euentus,

*et euentus non longis protractabendus terminis, praeuidet. Vnus-  
quisque haud leui perfunditur laetitia, quando Prouincias  
nostras nuncnunc optimis iuris et iustitiae institutis regi, per-  
spicit. Ciuis desiderio causae suae finienda non angitur,  
is, qui in causis defendendis aliis adiicit, praemia inte-  
gritatis suae expectans, ea accipit, eoque iudex et advo-  
catus, exemplum Superiorum suorum imitantes, ut aliis  
sint exemplar, coniunctis laborant viribus. Superfluum cre-  
do, merita, quae VOBIS, EXCELLENTISSIME atque  
**PERILLVSTRIS DOMINE, VIRI PERILLVSTRES IL-**  
**LVSTRES GENEROSISSIMI ac CONSVLTISSIMI, in**  
*sanc*tissima iustitiae administratione manent et permanebunt,**  
*multis extollere laudibus. Vota, quae tota patria pro ta-*  
*li in perpetuum duraturo Regimine ad coelum mittit,*  
*quaeque quilibet iura in foro dicens et defendens, suae*  
*conscientiae memor, maiore feroce repetit, nimiae sunt*  
*laudes, et tantae, quantis alias addere nouas, nemo non*  
*me debiliorem dicet. Ea patriae vota Numen supremum,*  
*fons omnis salutis, optimo sufficiat successu, TANTOS**

**VIROS,**

VIROS, tanta ingenii alacritate, consiliorum sagacitate,  
tantoque eruditionis apparatu praeditos, omni felicitatis  
exoptatissimae genere abundare iubeat, et omne, quod in  
salutem patriae suscipiatur, faustum fortunatumque esse  
velit. Haec precatur, optat et fouet

## VESTRORVM NOMINVM

## SPLENDIDISSIMORVM

PERILLAS TRISTIAS ARTU TRIUMPHATRAS  
IN CONSILIORIIS CONVIVIIS  
PATERES CHONDRASSINIUS ET  
MAGISTER INGENII MELISSIUS  
ATQ; CANTOZIOZIO, ET TUTT' ALBINO STOLZETZ  
CITRA MELIOR HAB. ANTONIUS A BRUNNEN  
ET Q; MELIOR HAB. ANTONIUS A BRUNNEN  
TENAE, die xv. Octobr.  
cœloccLXXVIII.

DEVOTISSIMVS

OBSEQVIOSISSIMVS CVLTOR

CHRISTIANVS FRIDERICVS SCHORCHT.



§. I



I vnquam quaedam juris romani controverfia  
Doctoribus facessit negotium, certe fuit quae-  
ftio: num inofficioa donatio in totum, an  
pro parte fit rescindenda. Non recentiores solum, sed pree-  
fertim etiam antiquiores in resolutione legum pandectarum,  
codicis et nouellarum, ad hanc controverfiam spectantium,  
non quidem in scriptis, seorsim hac de materia editis, sed in  
aliis, partim compendiis, partim libris systematicis multum  
fudarunt. Ex quo ius romanum in Academiis Italiae publice

A

pro-



profitebantur, et exinde in fora transmittebant germaniae, id reperire licet. Quantus fuit hac in re dissensus Doctorum mediae aetatis, testantur scripta CYNI *a*), SALYGETI *b*), BALDI *c*), AZONIS, *d*), BARTOLI *e*), ACCVRSII *f*), HVGOLI-  
NIG *g*), PETRI PERTII *h*), quorum vnumquisque in diuersi  
modis abiit sententias. In sequentibus temporibus inter  
alios eminent ANTON. FABER *i*) et CAROL. MOLINAEVS *k*),  
quorum prior solide quidem, sed non ea, qua alias vritur so-  
liditate, et posterior erudite quidem, sed, vt solet, obscure,  
hac de materia quaedam verba fecerunt. Anton. Fabrum,  
qui se primum nostrae sententiae contradictem falso reputat *l*), multi secuti sunt, multi in scriptis suis sparsim refuta-  
runt. Inter principes refero WOLFGANG ADAM LAVTER-  
BACH *m*), BENEDICT. CARPZOV *n*), GEORG. FRANZ-  
KIVM *o*)

- a*) ad leg. I. Cod. de inofficioſ donat.
- b*) ad leg. I. Cod. de inoff. donat.
- c*) ad leg. I. Cod. eod. column. 4.
- d*) ad leg. 87. §. 3. de leg. 2.
- e*) eod. loc.
- f*) eod. loc.
- g*) eod. loc.
- h*) ad leg. I. Cod. de inoff. donat.
- i*) confit. Lib. 3. cap. XVII.
- k*) de inofficioſ donation. et dotib⁹, Lugduni 1597.
- l*) in scriptis glossatorum iam huius sententiae, quae anonymi voca-  
tur, it mentio.
- m*) in diſert. de donat. inofficioſ. Tubing. 1665.
- n*) part. 2. confit. 12, def. 33. et lib. 5. resp. 53.

KIVM o), IOANN. STRAVCHIVM p), REINHARD BACHOV q),  
IOANN. BERNHARD FRIESE r), IO. EBERHARD LINCKE s),  
ARNOLD VINNIVM t), HVGON. DONELLVM u), CHRISTIAN.  
THOMASIVM v), IVSTVM HENNING BOEHMER x), perillustr.  
GEORG LVDEWIG BOEHMER y), et illuстр. CAROL. FRIDER.  
WALCH z) aliasque in scriptis horum doctorum allegatos.

Veteres supra memorati distinctionibus fundamento omni de-  
stitutis, ineptis legum explicationibus, durisque earum corre-  
ctionibus tricas solvere, et, ut mos eius aetatis ferebat, op-  
inionibus Doctorum coaceruatis sententiam suam stabilire nisi  
sunt. Non igitur miremur, multos dari, qui quale quidque  
statuant, plane ignorare profitentur. Sic exclamat MOLINA:

*adage quod malueris, sane in tanta opinionum varietate et in-  
certitudine melior videtur iudicanda conditio donatarii possi-  
denter. Hac opinionum varietate perturbati, ut interuenient  
te imperatoria auctoritate res decideretur, multis votis op-*

*erat. A 2. secundum alium, tan-  
tum nobis supra distinctionem omnibus ei, auctoritate mis-*

o) exercit. 8. quaest. 19.

p) exercit. 8. th. 30.

q) ad Treutler. disp. 19. thes. 7. litt. h. et i.

r) in disp. de querel. inoffici. don. Ienae 1715.

s) in disp. de querel. inoff. donat. Arg. 1732.

t) fel. iur. quaest. Lib. II. c. 33.

u) in comm. de iur. ciuil. lib. 19. cap. XI.

v) de legitim. viuent. c. 3.

x) in tract. de actionibus Sect. II. Cap. II. §. 43. seq.

y) de querel. inoffici. fratrum §. 15. in ei. elect. iur. ciuil. p. 266.

z) in controuersi. iur. Sect. 3. cap. 3. membr. I. §. XI.



tant camerae imperialis olim adseffores, MYNSINGER *a)* et  
GVIL *b)*. Materia, quam adgredimur, non est mere theo-  
retica, et, quo magis controuersia quaedam iuris ad praxin  
accedit, eo dignior, ut plenius eruatur, reputanda est, quod  
mihi non abs re visum est, cum, ut scio, nemo hanc figilla-  
tim tractauerit materiam.

## S. II.

Doctores aevi medii, ut leges, quibus contradictionem  
falso inesse putabant, conciliarent, varias de donatione inoffi-  
ciosa, eiusque rescissione formarunt distinctiones. Huc per-  
tinet illud notissimum discrimen inter donationem re et con-  
silio inofficiosa. Plurimi, si re solum sit inofficiosa, pro parte  
legitimae, si cum consilio, in totum revocationi eiusmodi  
donationem subesse, contendebant. Haec distinctio usque ad  
tempora seculi posterioris peruelavit, quam ut melius intelli-  
gamus, paucis explicemus necesse est. Si mentem glossato-  
rum inspicimus, iis erat donatio re inofficiosa, qua donator  
omnia bona in alium absque animo liberos defraudandi trans-  
tulerat, concurrente vero defraudandi animo, erat donatio re  
et consilio inofficiosa. Ita bene explicat IOANN. SICHAR-  
*DVS c)*. Alii ex ipsis distinguebant inter donationem factam,

vel

*a)* cent. 5. obseru. 63. n. 8. seq.

*b)* lib. I. obseru. 40. n. 13.

*c)* ad leg. I. C. de inoff. dom.

vel extraneo, vel vni ex filiis. Priori casu in totum, posteriori quoad legitimam talem donationem reuocant. Optime rem perspexisse videtur a zo d), ICtus inter veteres prae aliis vasta eruditione, et acumine ingenii eminens, qui nulla habita ratione distinctionis, vtrum re, an consilio sit inofficiosa, an filio, an extraneo facta, eiusmodi donationem a liberis pro parte solum legitimae reuocandam esse, statuit. Merito praetermitteremus opinionem BARTOLI, nisi a plurimis suae et recentioris aetatis approbata esset. Haec, quanta subtilitate veteres ius romanum tractarint, et istud admodum subtile, subtilius reddiderint, sat satisque testatur. Ita fecerit BARTOLVS, iste potentissimus inter veteres iuris monarcha: Aut donatio facta est vni ex filiis, aut extraneo. Priori casu eam pro parte solum legitimae rescindi posse statuit, siue sit re siue consilio inofficiosa, siue nil penitus, siue portio quedam, quae vero ad legitimam haud sufficiat, reuocanti superfit. Posteriori casu subdistinguit; aut filio, eiusmodi donatione laeso, aliquid fuit relictum, aut non. Illo casu ad supplementum legitimae filio agendum esse, docet. Hoc casu iterum distinguit: aut donatio facta est re et consilio, aut re solum sine consilio. Si prius, in totum, si posterius quoad legitimam reuocationem donationis statuit. Quaenamcumque vero hac de controversia existentia opiniones, certum

A 3 est,

d) loc. excus.



eas, praeter sententias AZONIS et BARTOLI non longam tu-  
lisce aetatem. Et hae ambae inuicem certarunt, vsque dum  
AZONI palmam praeripuis BARTOLVS, cuius sententia  
per multa secula vocata fuit Doctorum communis opinio,  
iuxta cuius normam in iudiciis quotidie pronuntiarum fuisse,  
inuenimus. Cum post ANTON. CONTIVM, FRANC. PI-  
THOEVM, IACOB. GOTHOFREDVM, IACOB. CVIACIVM plu-  
resque alios restauratores et commentatores Iurisprudentiae  
Anteiusustinianae, multae principiis iuriis sanioribus contrariae  
opiniones e foris profligarentur, multi quoque a BARTOLI  
sententia recesserunt, apud plerosque tamen, et praecipue  
apud ICtos Hispanos et Gallos ipsa priscum obtinuit locum.  
Primus, quantum scio, inter Hollandicos fuit ARNOLD VIN-  
NIVS *e*) et inter germanos HVGO DONELLVIS *f*) (si eum inter  
germanos referre liceat) qui p[ro]p[ter]e aliis vestigia Azonis se-  
cuti sunt, ast qui eos imitati sint, et, seculi posterioris et an-  
terioris fuerunt pauci.

### §. III.

Priusquam in disquisitione alicuius controuersiae progredi  
licet, ante omnia status controuersiae formandus est. Ad hunc ri-  
teformandum, ut omnes distinguunt, distinguimus: aut donan-  
ti de bonis in donatarium translatis nulla supersunt, aut su-  
persunt quidem, sed ad legitimam liberorum haud sufficien-  
tia.

*e*) select. iur. quaest. lib. II. cap. 33.

*f*) comm. de iur. ciuil. loc. cit.

tia. Posteriori casu liberos hoc non vti remedio, sed iis aduersus donatarium competere actionem suppletoriam omnes conueniunt. Post actionem suppletoriam a Iustiniano introductam, haec distinctio legibus quidem congruit, sed iuxta eam leges, ante introductionem huius actionis suppletoriae de inofficio donatione datas diiudicari non posse, bene monendum est. Priori igitur casu solum quaestio exsurgit, num talis donatio in totum, an pro parte rescindenda sit. Quum recentiore aetate aliae omnes distinctiones, vt refellantur, non dignae visae sunt, istis quoque, quarum refutationi volumina non sufficerent, supersedebimus, et sententiam AZONIS veritati optime congruere, ostendere conabimur.

#### §. IV.

Romanorum pronitas ad donandum tanta erat, vt, quoplures faciebant donationes eo maiorem famam sibi parare putarent. Ab antiquissimis reipublicae temporibus usque ad initium et interitum imperii monarchici genti romanae, admodum luxuriosae, ea consuetudo pene sancta erat. Mos erat, Kalend. Ian. et diebus proxime insequentibus, Kalend. Mart. seu tempore saturnalium, magistratibus, patronis, dominis seruorum, amicis et cognatis dona et munera mittere, ita, vt si contemplemur exempla, quae nobis CORNELIUS

NEROS

et IULIUS CÆSARIS



NEPOS <sup>g)</sup>, TACITVS <sup>b)</sup>, SVETONIUS <sup>i)</sup> et praeſertim PLINI-  
VS <sup>k)</sup> enarrant et praebent, merito affentiamur HEIN CECIO <sup>l)</sup>  
qui romanis in donando nil fuisse magnificientius, statuit. His  
nimiis et modum excedentibus donationibus vsque ad latam  
legem Cinciam nulli ponebant fines. Quamuis haec lex  
in euidentissimam reipublicae lata esset utilitatem, innumeris  
tamen modis in fraudem huius legis si bant donationes, et  
in ea inueterata donandi consuetudine, variarum mutatio-  
num, quas haec lex sub statu reipublicae libero; et quodam-  
modo imperatorum monarchico, subiit, causam reperire licet.  
Cum lex Cincia fons sit et origo multarum legum, et pree-  
cipue materiae noſtræ non parum lucis affundat, pauca, quæ  
noſtro ſcopo inſeruant, hac de lege ediſerantur, necelle eſt.  
Huc pertinet quaefio: num Cincius Ali nentus certam dona-  
tionis facienda summam determinauerit, num, si hoc, do-  
nationes, ſupra statutam quantitatem factas, in totum, ian-  
ſolum pro parte reuocari iuerſerit, et denuo, an et quatenus  
inofficioſa donatio, et ortus querelæ inofficioſae donationis  
iuxta hanc legem diiudicari queat. Extra dubium eſt, in  
capite ſecundo iſtius legis certam ſummam, intra quam do-  
nare permittebatur, et ultra quam donationes habebantur irri-

tae

g) In vita Attici cap. IV.

b) Lib. VI. annal. cap. 45.

i) In vit. Aug. cap. 30. Neron. cap. 30.

k) Lib. VI. epift. 25. 32. Lib. V. epift. I. 2.

l) Antiquit. Rom. lib. II. Tit. VII. §. 3.

tae fuisse statutam. Quid aliud sub donationibus vltra modum legitimum *m*), vltra modum legis *n*) vltra modum donationis *o*) et sub donationibus immodicis *p*) intelligitur, nisi donationes, in lege Cincia ad certam summam determinatae? Non opus est, id firmioribus stabilire rationibus, quod testantibus FRID. BRVMMERO *q*), IAC. CVIACIO *r*) et FRANC. HOTTOMANNO *s*) nemo vñquam in dubium vocavit. Quanta vero haec summa fuerit, adhuc sub iudice lis est. Quidam cum CVIACIO *t*), et qui eum fecutus est, cum GVILIELM. RANCHINO *u*) summam ducentorum aureorum ponunt, ast huic stabiilienda sententiae ne probabile quidem adest argumentum. Oculos acutiores in iurisprudentiam veterem conscientes, romanos legislatores, quando de Romanorum liberalitate coercenda leges ferebant, hanc liberalitatem, vsque ad partem quartam bonorum cuiuscunque restrinxisse animaduertemus. Nonne LEX VOCONIA, QUARTA FALCIDIA, legitima, iure vetere quarta, QUARTA TREBELLIANICA, et nisi petitionis principii argueremur, rescissio inofficiose do-

*m*) l. 5, §. 2. et 5. D. de dol. mal. et except.

*n*) l. 21. §. 1. l. 23. 24. D. de don.

*o*) l. 11. cod.

*p*) l. 21. §. 1. cod.

*q*) in egregio ad hanc leg. Cinciam comment. cap. 12;

*r*) obf. lib. VI. c. 18. et ad tit. de cond. ex leg.

*s*) ad l. 34. C. de don. et in disp. de donat. cap. 9.

*t*) loc. cit.

*u*) var. leg. lib. II. c. 7.



nationis vsque ad quartam, ex hoc principio originem traxisse videntur? Cur non idem de lege Cincia statuimus? Ita eiusmodi donationes solum vsque ad quartam bonorum partem licitas fuisse, contendit HOTTOMANN *x)* eiusque sententia a BRVMMERO alicuius momenti esse dicitur, quae meo iudicio summum probabilitatis gradum attingit. Quamquam igitur summa rescissioni obnoxia non satis constet, certiores tamen sumus, donationes immodicas non in totum, sed solum vsque ad modum legitimum iuxta legem Cinciam reuocari potuisse. Pro hac sententia inter alia pugnant verba apud VLPIANVM *y)* a Pithoeo restituta, apud SYMMACHVM *z)*, et clarius, imo clarissime id confirmat I. 21. S. 1. D. de donat., vbi peculiarem actionem donationis rescissoriam ex lege Cincia competentem, inuenimus. His positis, simul confidenter tueri possumus, ICTOS romanos, ad quos praecipue refero VLPIANVM, CELSVUM, PAVLVM, IAVOLENVUM, MODESTINVM, si de donationum immodicarum coercitione, et rescissione dicunt, legem Cinciam ob oculos habuisse, non obstante huius legis saepius omissa mentione, quae studio, ne ius nouum nimium ius antiquum sapiat, a Triboniano omissa omnino praesumi potest. Et ii ICTI huius legis obseruandae studio-

*x)* ad leg. 34. C. de donat.

*y)* fragm. tit. I.

*z)* libr. 10. cap. 32. Carl Ant. Fabrott. in enarr. ad Cuiac. parat. lib. IX. Cod. p. 90.

studiosissimi erant, quod optime illustramus testimonio laudati.  
**BRVMMERI:** quam accurate autem, inquit, et paene anxi in modo legis Cinciae custodiendo veteres Prudentes fuerint, e locis Digestorum paulo allatis plenissime perspicitur. Quisquis sit auctor putatius querelae inofficiose donationis, num **ALEXANDRVM** num alios substituanus, constat, si fugitiuo solum oculo titulum C. de inoffic. donat. perlustramus, eum titulum rescripta imperatoria seculo tertio, et sic eo tempore, quo hi ICti florebant, data, comprehendere. Lex Cincia tunc temporis erat ius commune intuitu litium ex donatione ortarum. Quando igitur supponimus, qua de re nemo dubitat, legem memoratam itidem donationes inofficiose extraneo factas sub se comprehendisse, quid impedit, quo minus imperatores romanos, idem ac ICtos, secundum ius commune pronuntiassent, putemus, praesertim dum iam dudum constitit, rescripta imperatorum non semper ius nouum, sed plerumque ius continere commune. Ipsi imperatores, de donationis inofficiose rescissione statuentes, ad legem Cinciam prouocant. Sic **VALER.** et **GALLIEN** a) eiusmodi donationem filio factam validam esse iuxta constitutiones, docent, quae non fuerunt aliae, nisi lex Cincia, per constitutiones imperatorum confirmata, et renouata. Sententia enim glossatorum et graecorum interpretum, qui de constitutionibus Iustinianis id explicant, merito ridenda est. **Donatio**, quae iuxta legem

B 2. Cinci-

a) l. & C. de inoff. don.



Cinciam vocatur immodica, vocatur quoque immodica iure Codicis *b)* sub qua denominatione intelligitur donatio inofficiosa. In Codice Theodosiano, quando de donationibus sermo est, et ad ius prouocatur, Lex Cincia semper intelligitur *c).* Ipse imperat. Iustinianus in Nou. 162. vbi de donationibus immodicis fancit, Legis Cinciae facit mentionem, si *cviac 10 d)* fidem habemus, qui legem Cinciam substituit loco Aeliae Sentiae, quam vitio Holoandri irrepsisse docet. Cum a nemine haec vñquam in dubium vocata sint, non est, quod plura proferamus. Nonne igitur nobis persuadere possumus, sub douationibus, quae iuxta legem Cinciam vocantur immodicae, inofficiosa quoque fuisse contentas, et querelam inofficiosae non nouiter introduxisse imperatores, potius eamdem esse actionem, quam in in supra allegat. lege 21. §. 1. D. de donat. inuenimus? Legem Cinciam donationes inofficiosas sub se comprehendisse, non longa indiget demonstratione. Si enim certum sit, heredem donatoris hac memorata actione donationem a defuncto vltra modum factam, vsque adhunc modum rescindere potuisse, necessario sequitur, filium quoque tanquam heredem parentis, qui immodice donauit, eadem actione ex lege Cincia competente vti potuisse, nam inter heredes necessarios, et extraneos ICtos distinxisse non inuenimus.

Ea

*b) l. 2. 3. 7. C. eod.**c) l. 1. C. Theod. de donat.**d) ad hanc Nou.*

Ea vero, quae diximus, valebant solum in donationibus collatis in extraneum. Filiis ultra modum donare licitum erat et hae donationes nulla lege reuocari poterant, potius Lex Cincia eas expresse excipiebat, id quod ex loco **ULPIANI** citare appareat. Romani igitur, si unum vel alterum filium hereditate defraudare volebant, reliquis filiis omnia donabant bona, quod reuera in fraudem inofficiosi testamenti tendebat. His occurrabant imperatores, dum actionem rescissoriam ex Lege Cincia competentem dabant fratri contra fratrem, quae antea solum contra extraneum competebat, quod iuxta effatum **PAVLI d) ALEXANDER** primum introduisse videtur. Inde, si omnes leges tituli nostri perustramus, si primam excipias, vbi simul de heredis institutione sermo est, de donationibus filiis factis sancire inueniemus. Non igitur diuersa sed una eademque erat actio.

### §. V.

His praemissis concludimus: Si donatio, quae iuxta Legem Cinciam sub nomine immodicae, ultra modum et cert. venit, sub se comprehendit eas, quas vocamus inofficiosas, et querela inofficiose donationis est eadem rescissoria, ex Lege Cincia competens, haec vero donationes non in totum, sed solum usque ad quartam partem reuocauerit, necessario sequitur, querelam inofficiose

B 3

itidem

*d) I. 87. §. 3. de leg. 2.*



itidem eiusmodi donationes usque ad quartam partem seu legitimam rescindere. Ut obiectioni petitionis principiorum obuiam eamus, fac, donationes prohibitas non usque ad dodrantem, sed solum usque ad certam summam rescissa fuisse, quid nocet nostrae conclusioni? sic enim etiam donationes, a patre in extraneum factae, usque ad certam summam ab herede reuocatae sunt, qualem summam fuisse iure vetere quartam, summa adest probabilitas. Fac, querelam inofficiose non esse eamdem actionem, maximam tamen propter affinitatem utriusque parum fuisse effectus, concicere possumus.

#### §. VI.

Iure romano nulla donatio ob modum seruandum haud seruatum, et solemnia obseruanda haud obseruata, in totum reuocata fuit. Non indiget probatione, CONSTANTINVM CHLORVM fuisse auctorem insinuationis donationum. Primus erat, qui, hac neglecta, omnes donationes declarabat pro irritis, quod ipsius filius, CONSTANTINVS M. expressa lege confirmauit e). Haec obtinebant usque ad tempora THEODOSII, et VALENTINIANI, qui donationem ultra ducentos aureos fatam, non insinuatam, non in totum, sed solum pro parte quantitatis determinatae rescindi statuebant f). IVSTINIANVS

e) I. 1. C. Th. de spons. c)  
f) l. 29. C. de donat.

❧

summam usque ad trecentos aureos, et mox post annum, mutata sententia, ad quingentos aureos ponebat, et pariter, si omissa insinuatione, donatio hanc summam excedat, istam donationem non in totum, sed solum in id, quod modum excedat, infirmari iubebat g). Si accuratius rem perpendimus, obseruabimus, nullam liberalitatem certo modo circumscriptam, ultra hunc modum factam, in totum, sed solum quoad modum superfluum pro inutilida fuisse declaratam. Lex Furia Caninia solum eas manumissiones, quae ultra numerum, habebat irritas, reliquae firmae maneabant. Lex Voconia, et quae eam sequebatur, Lex Falcidia ad idem tendebant. De donatione immoda ex Lege Cincia id supra vidimus. Quid igitur obstat, quo minus propter analogiam iuris querelam inofficiosae secundum haec diudicemus principia?

### §. VII.

Regula: *illicitum licito adiectum vitiatur, et non vitiat*, non in liberalitatibus solum, sed quoque in aliis obtinebat negotiis. Huc referunt communiter l. 29. D. de usur. ubi, si quis usuras supra statutum modum stipulatus fuerit, quod illicite adiectum, pro non adiecto haberri, sanctitur. Quamvis hoc argumentum thesin nostram directe non stabiliat, analogiam tamen iuris reddit certiorem, et inde haud parua praesumtio in veritatem sententiae nostrae redundat.

g) l. 3. 4. 37. C. cod.

### §. VIII.



## §. VIII.

Interpretatio legis cuiusdam dubiae semper ita, ne nimium ab analogia iuris, a nexus iurisprudenciae veteris cum noua, et aliis huic inservientibus principiis recedit, instituenda est. Si sententia propter leges dubias alias dubitata cum his principiis conuenit, et non probabiliora a parte aduersa stent argumenta, tunc illam preferendam esse, nemo dubitabit. Haec est regula, quam hermenistica iuris, et ipsa sana ratio suppeditat. Ostendimus, nostram sententiam de rescissione inofficiose donationis usque ad legitimam, de his participare requisitis, leges igitur dubiae, si adsunt, melius pro nostra sententia interpretandae venient.

## §. IX.

Praetermittimus controversiam a Doctoribus superioris praesertim seculi agitatam; num donatio omnium bonorum valida sit, nec ne, et eam cum recentioribus validam prae-supponentes, ad leges nos conuertimus, quas paucis perlungare iuuat. In not. ad IVST. HENN. BOEHMERI tractat. de actionibus b) animaduertitur, legem primam ad causae decisionem non pertinere, hac enim in lege adesse casum, vbi mater quaedam omnes paene facultates suas donauerit, et liberos in duabus vniuersitatibus heredes instituerit, relictis igitur quibusdam bonis, non ad rescissionem donationis, sed ad supple-

¶) Sect. II. C. III. §. 44. n. 2.

**S**upplementum legitime esse agendum. Si statum controveneriae supra formatum consideramus rem quidem ita se habere nos fateri oportet, ast iam monuimus, iuxta hanc distinctionem nullam legem ante introductionem actionis suppletoriae datam diiudicari posse. PHILIPPVS igitur, auctor huius legis, cum suo tempore omnis donatio inofficioſa querela inofficioſe rescindi deberet, ad hanc distinctionem sane non respexit, et inde, cum lex nimis evidenter de tali donatione pro parte legitime rescindenda, statuat, ex mente PHILIPPI quamcunque donationem inofficioſe factam, sive quidquam apud donatorem remanserit, nec ne, retractandam fuisse colligimus. ANTON. FABER, qui in memoratam explicationem non incidit, callidam quidem huīus legis fecit interpretationem, verba; *non iniuria iuxta formam de inofficioſo testamento constitutam subuenire vobis, ut pote quartam partem non habentibus, desideratis,* ita accipit, vt non ibi agatur ad quartam partem, sed solum eae intelligentur personae, quae de inofficioſa agere possent, ut pote ii, qui quartam partem non habeant saluam. Ex hac plurimisque aliis legum explicationibus ANT. FABER non nisi pruritu noua dicendi (ipsius enim sententia tunc temporis plane noua videbatur) sententiam suam amplexus esse videtur. Fac, solum eas, quae agere valeant, personas intelligi, ratio tam rescisionis est, quia quartam partem non habeant saluam, effectus igitur rescisio vsque ad hanc partem erit. Lex secunda, ita se habet: *si*

C

pa-



pater omne patrimonium impetu quodam liberalitatis im-  
mensae in filium effudit, aut in potestate eius si permanxit, et  
arbitri familiae erciscundae officio congruit, ut tibi quartam  
partem debitae ab intestato portionis praefest in columem, aut si  
emancipatus is fuit, et quia donatio non indiget alieno admi-  
niculo, sed suis viribus nititur iuxta constitutiones, is, qui pro-  
uinciam regit, ad similitudinem in officiis testamenti querelue,  
auxilium tibi aequitatis impertiet. Haec lex in duo membra  
abit, et duo casus a se inuicem distinguntur, aut pater omnia  
bona donat filio suo in patria potestate constituto, aut eman-  
cipato. Priori casu, iudicio familiae erciscundo quartam par-  
tem portionis ab intestato debite filius tali donatione laetus  
consequitur. Posteriori casu, nil certi statuitur, sed auxilio  
aequitatis rem decidi sancitur. Paululum obscura lex est,  
quod ANT. FABER bene in suos usus conuertit. Non enim,  
inquit, necesse habuissent imperatores distinguere, si utroque  
casu donationes rescissioni usque ad legitimam fuissent obno-  
xiae, vi igitur oppositionis priori casu ad partem legitimae,  
posteriori ad totum actio reuocatoria tendere debet. Quam-  
uis hoc dubium quamdam mereatur attentionem, non tamen  
tantae difficultatis est, quantaes praescriptio imperatorum, iu-  
dicio familiae erciscundae ad consequendam legitimam agere.  
Donatio facta inter patrem et filium, in potestate patria con-  
stitutum, ipso iure nulla erat. Si donatio ipso iure nulla, res  
ad causam intestati redit. Si id, pars cuilibet competens iu-  
dicio

dicio familiae erciscundae peti debet. Hactenus recte sentiunt imperatores. Si vero, quando res ad causam intestati rediit, nil nisi legitimam, et eam iudicio familiae erciscundae petendam tribuunt, merito sibi inuicem contradicentia ponunt. Hoc praeuidit ANT. FABER, quod ut remoueat (clariora enim sunt verba, quam quod hoc loco de totius donationis rescissione sermonem esse, contendere queat) vniuersi patrimonii donationem non absimilem esse ultimae voluntati purat. Cum voluntas testantium, quantum fieri posset, seruanda sit, hoc non commodius fieri posse credit, quam si ei, cui nil relictum sit, legitimam, et cui omne donatum, reliquum adiudicet iudicii familiae erciscundae arbiter. Sibi ipsi contradicit, nonne enim id in omnibus donationibus in officiosis obtinet, et nonne inde omnes donationes quoad legitimam essent rescindenda, quod ne BACHOVIVM quidem, alias acer-  
rimus FABRI contradictem animaduertisse miramur? IUST. HENN. BOEHMER aliam ingreditur viam. Praesupponit, patrem quidem patrimonium suum, filio in patria potestate constituto donasse, supersuisse tamen aliquid, quamobrem alterum filium, solum in legitima laesum, iudicio familiae erciscundae legitimam consequi debere putat. Per verba legis initialia, *omne patrimonium* haec sententia statim refutatur, et ante actionem suppletoriam imperatores ad hanc distinctionem non respexisse, iam monuimus. Muitos id vexauit. Aut

C 2

Tri.

<sup>2)</sup> loc. cit. not. a.

■ ■ ■ ■ ■

TRIBONIANVS errauit aut non. Si prius, istius erroris quodammodo ratio inueniri potest. Iste enim, cum ex rescriptis reliquis istam donationem pro parte legitimae rescindi persiceret, istud quoque, ne forsitan aliis, ut ipsi visum est, contradiceret, forsitan mutauit, difficultatem inde resultantem non perpendens. Ita, qui Doctoribus, qui erroris Tribonianum iuculare quam textum peruersis explicationibus dilacerare amant, annumerantur sentiunt. Si non errauit, difficilis quodammodo videtur resolutio. Forsitan aliquid relictum erat, et heredes arbitrum iam constituerant, vnde ex ipsis, an donatio valida sit nec ne imperatores adiit, qui ita, arbitri mentionem faciendo, responderunt, quod, cum plurima rescripta sint referentia sine relatis, omnino praesumere licet. Non immoratur huic disquisitioni ad nos non pertinenti. Lex ipsa aperite pro nostra pugnat sententia. Donatio filio in potestate patris constituto facta ex hac lege pro parte legitimae rescinditur. Emancipato facto, an re vocari possit, haesitant imperatores, id quod statim appetit, memorant enim, eam validam esse iuxta constitutiones, et solum auxilio aequitatis filio laeso esse subueniendum, vnde aut rescriptum ALEXANDRI k) in desuetudinem abiisse, aut non cognitum fuisse VALER. et GALLIENO verisimile putamus. Ex ipsa autem tota lege hanc formamus conclusionem. Si donatio ipso iure nulla usque ad legitimam rescinditur, ea, quae est stricto iure valida,

k) l. 87. §. 2. D. de leg. 2.

lida, aut non, aut saltem itidem pro parte legitimae reuocari debet. Donatio emancipato facta est stricto iure valida, Ergo et caet. Absurdum enim est donationis, quae, ipso iure nulla, quoad legitimam, et quae stricto iure valida, quoad totum statuere reuocationem.

### S. X.

Lex tertia, nil interesse, an filii in testamento scripti sint heredes, nec ne, utroque casu [competere] querelam in officiosae, decidit. Hoc per se patet, et ita non est, quod huic immoremur. Memoratu dignior est lex quarta. Imperatores DIOCLET. et MAXIMIN. quaestionem dirimunt, num mater filii sine dubio in minorenitate constituti, qui immodice donauit, ex persona istius filii restitutionem in integrum petere, an statim querelam in officiosae instituere posset, quod posterius, si textum penitus inspicimus, non quidem penitus negant imperatores; attamen suadent, petere restitutionem in integrum. Thesis Doctorum, remedium restitutionis in integrum, si alio remedio pinguius sit, huic praeferri posse, hac ex lege luculenter confirmatur, quo nostrae sententiae non parum roboris accedit. Dantur quidem, quibus adscribo AVG. BARBOSA et HVG. DONELLVM, qui nil nisi, ubi haec duo remedia concurrerent, semper restitutio- nem in integrum praeferri debere, coniiciunt, qui autem non perpendunt, remedium restitutionis leges pro remedio

C 3

subsi-

— — — — —

subsidiario expressæ declarare, non vero querelam inofficio-  
sae, et ergo, si non alia subesset ratio, querelam nostram  
praetulissent restitutioni in integrum imperatores. Porro si  
sententia horum virorum vera esset, verbis decisius statim  
querelam inofficiosa reiecerint, et non verbis solum suasos-  
riis: *tibi non est necessarium aduersus immodicas donationes*  
*vti auxilio ad instar inofficiosi testamenti vni fuissent.* Multi  
cum IOANN. BRVNNEMANNO <sup>l)</sup> contra ipsos insurgunt, et  
hac explicatione sensui legis aperte refragante, neminem,  
qui ipsis adsentiatur, inueniri credo. Quae cum ita sint,  
omnino sequitur, donationem inofficiosam non in totum re-  
uocari. Si enim restitutio in integrum, quod ad huiusmodi  
donationis rescissionem attinet, de qua hac in lege sermo  
est, pinguius sit remedium querelæ inofficiosa, et illa do-  
nationem inofficiosam in totum reuocet (quod omnino est)  
hanc querelam istam donationem non in totum reuocare  
coniicimus, quia alias restitutio in integrum non esset reme-  
dium pinguius, querela inofficiosa.

#### §. XI.

In enodanda lege quinta valde sudarunt antiqui. Occa-  
sionem praebuerunt CONSTANTINVS et CONSTANTIVS <sup>m)</sup>  
Iti totum patrimonium, quod patronus, liberos non habens,  
liber-

<sup>l)</sup> in comm. ad Cod. ad h. leg.  
<sup>m)</sup> l. 8. C. de reuoc. donat.

libertis donauerat, suscepitis post donationem liberis, ad pa-  
 trimonium reuerti iubent. Similem ifere casum sistere vide-  
 tur lex nostra. Pater omnes facultates suas in filios emanci-  
 patos contulerat, procreatis posthaec aliis liberis, vt id, quod  
 non ingratia liberis ad summouendam querelam inofficiosi te-  
 stamenti relinqui necesse sit, filiis emancipatis detrahatur,  
 et filii postea nati, debitum bonorum subsidium consequan-  
 tur imperatores rescribere videntur. Non dici potest, quam  
 anxie se se torserint praeprimis glossatores. Ut has conci-  
 liarent leges, leg. 8. C. de reuoc. donat. stricte interpretantur  
 et ultra patronum et libertum non extendunt, vt ACCVRSI-  
 VS, INNOCENTIVS, HOSTIENSIS, SALICETVS et CORASIVS,  
 qui referente MAYNARDO <sup>n)</sup>) coram quatuor fere millibus  
 Auditoribus hanc propugnauit sententiam. Sed omnino pa-  
 rem extensiuae interpretationis adesse rationem, docet CV-  
 IACIVS, cum agmine incredibili Doctorum, quos RIPA, et  
 bis quindecim liberorum et librorum parens, TIRQAVELL,  
 nec non MOLINAEVS in peculiaribus ad hanc legem octauo  
 commentariis, magno studio congesserunt. Contra CVIA-  
 CIVM insurgit ipsius aduersarius FRANC. HOTTONANN <sup>nn)</sup>),  
 qui illum multa cum concinnitate refutat, et cum IAC. GO-  
 THOFREDO <sup>o)</sup>, ARNOLD. VINNIVM <sup>p)</sup>, MATTHAEVM WE-

SEN-

<sup>n)</sup> obseru. lib. 20. cap. 5.<sup>nn)</sup> ad leg. 8. C. de reuoc. don.<sup>o)</sup> ad leg. 3. C. Theod. de reuoc. don.<sup>p)</sup> ad §. 2. Inst. de donat. et lib. II. select. quaest. c. 32.



SENBECK *q*), IOH. IAC. WISSENBACH *r*), GEORG FRANZ-  
KIVM *s*), DOMIN. ARVMAEV M *t*), CHRIST. THOMASIV M *u*)  
et praesertim IOH. BALTHAS. WERNHER *x*), sexcentosque  
alios habuit sectatores. Si in his duabus legibus de patre  
ipso donationem reuocante sermo esset, HOTTOMANI ex-  
plicatione restrictiua leges conciliarentur, sic enim utroque  
casu patres donationem sive extraneo sive filio factam ob-  
superuenientes liberos usque solum ad legitimam rescinde-  
rent. Ast, cum in toto titulo nostro de donationibus in-  
officiosis sermo sit, quaeritur, num pater, aut si nostrum  
textum de filiis, viuente patre querelam mouentibus intel-  
ligere velis, filii, viuente patre donationes inofficiosas re-  
uocant. Plurimi id negant, et id quoque analogiae iuris  
plane repugnat. Nulla hic legibus inesset contradicatio, si  
ostendi posset, in nostra lege imperatores loqui de dona-  
tione mortuo patre a filiis emancipatis, per filios postea  
natos retrahenda, in leg. vero g. C. de reuoc. don., quae  
extensiu fine dubio interpretanda erit, de ipso patre, ob  
superuenientes liberos donationem retractante, tunc diuer-  
sa essent subiecta reuocantia, et diuersum rescissionis fun-  
damen.

*q*) ad Digest. tit. de donat. in fin.

*r*) ad Dig. part. II. disp. XVI.

*s*) exercit. 5. quæst. 10.

*t*) disp. 19.

*u*) de legitim. viuent. §. 11. 12.

*x*) disp. ad leg. g. C. de reuoc. donat.

damentum. Isto enim casu filii ex capite inofficiose donationis, et hoc casu pater ex capite erroris factas liberalitates rescinderent. Et hoc ita se habet, nulloque modo, hac in lege de rescissione donationis ob superuenientes liberos sermonem esse contendere possumus. Si accuratius nostrum titulum perlustramus, obseruabimus, totum titulum loqui de donatione inofficiose et de querela donationis inofficiose. Si igitur supponimus, patrem nunquam talem reuocare donationem, argumentamur, hac in lege non de patre, sed de filiis, post donationem natis, istam donationem rescidentibus esse sermonem, et patrem solum, ut filii reliqui certi sint, quid post mortem ipsius consequantur, decisionem petuisse. Id bene perspexit CAROL. MOLINAEVS <sup>y)</sup> qui sub verbis *ad patrimonium tuum reuertetur*, subintelligit verba, *si mortuus es*, quae multa cum probabilitate in textum infert. Tempus futurum vocis *reuertetur* ex mea sententia hoc quodammodo confirmat, quod MOLINAEVS arripere non potuit, cum ipse legat, *reuertatur*. Primum se huius explicationis detectorem appellat, nesciens, DIONYSIVM GOTHOFREDVM <sup>z)</sup> et HVGON. DONELLVM <sup>a)</sup> vel ante vel uno eodemque tempore in id inclinasse. Si excipias WESENBECKIVM aliasque paucissimos, qui hoc unico solum casu a patre donationem inofficiose factam reuocari posse, sine omni

D

funda-

<sup>y)</sup> loc. cit. n. 33.<sup>z)</sup> ad h. leg.<sup>a)</sup> loc. cit.



fundamento statuunt, plurimi et fere omnes nostrae adstipulantur interpretationi. Lex ita explicata thesi nostrae aperite inseruit. Quamvis haec optima sit interpretatio, non perspicio tamen, quid intersit contradictionis, quando nostram legem de ipso patre intelligere et sic cum leg. 8. C. *de reu. don.* coniungere velimus. Ratio enim diuersitatis intuitu reuocandae quantitatis latet in diuersa qualitate erroris. Maioris momenti error habetur, si bona in extra-neum confert pater, non se liberos suscepturnum cogitans, quos posthaec suscipit, non vero tanti, si liberis iam existentibus donat, et ex isto, aut alio matrimonio alii ipsi supernascuntur. Illo casu bona extra familiam transportantur, et liberi nullum ius in bonis donatis retinent, imo omni spe futurae successionis exuuntur. Hoc casu bona remauent in familia, et iis spes supereft, aliquando haec in bona succedendi. Ast nos fateri oportet, legem nostram, si de patre ipso, factas donationes rescidente, intelligere velimus, a TRIBONIANO incongruo titulo esse insertam, et sic ad praesentem materiam non spectare. Ita optimo iure reprehendendus BACHOVIVS b), quem secutus est ARN. VINNIUS bb) qui pro sua, quae nostra est, sententia, iationem adfert, quod leg. 8. C. *de reu. don.* superuacua fuisset, si sententia FABRI vera esset. Diuersitatem funda-

b) loc. alleg.

bb) loc. excit.

fundamenti agendi a patre ex capite erroris, et a filiis ex capite inofficiose donationis non perspexisse videntur **BACHOVIVS ET VINNIUS.**

### §. XII.

Multi, si nostram sententiam amplectuntur, non ad singulas leges tituli nostri, sed ad totum titulum prouocant, et non immerito. Hactenus leges, quamuis non luculentissimas, luculentiores tamen deprehendimus, nunc in luculentissimas incidimus. Ad has refero legem sextam et octauam. Illa mirifice cum lege quarta conspirat, et sententiam supra defensam, restitutionem in integrum, quia remedium pinguius sit, semper praferendam esse querelae inofficiose, et inde conclusionem, pro nostra sententia formata, maiore robore confirmat. Huius legis principalis decisio supponit quidem, partem quamdam legitimae haud sufficientem, fuisse relictam, materiae tamen nostrae, cum ad distinctionem, num omnia bona donata sint, nec ne, imperatores non respexerint, multum lucis adfert. Luculentior est lex octaua, quae omnibus aliis deficientibus totam decidere potest controuersiam. Ita rescribunt **DIOCLET.** et **MAXIM.** Si liqueat matrem tuam intervertendae quæstionis inofficiosa causa, patrinonium sum donationibus in unum filium collatis exhaustisse, cum aduersus eorum cogitationes, qui consiliis supremum iudicium anticipare contendunt et a-

Dicitur *de cibis et actiones*



*Ei*ones filiorum exhauiunt, aditum querelae ratio depositat,  
*quod donatum est*, pro ratione quartae ad instar inofficiosi  
*testamenti conuicti diminuetur*. Non crederem, quidquam  
 contra hunc textum obiici posse, nihilominus tamen ANT.  
 FABER nimis audacem sese exhibet. Multa in rescriptis  
 Codicis supplenda esse, quae ex ipsis colligi non possent,  
 primum monens, verba *pro ratione quartae* de quarta totius  
 hereditatis intelligit, et quatuor liberos fuisse supponit,  
 denuoque, si id non placeat, haec verba penitus ex-  
 pungenda esse docet. Non quidem negandum, TRIBONIA-  
 NVM in rescriptis Codicis facti speciem saepius obscure  
 narrare, nec regulam: *minima circumstantia variat ius*  
 semper ob oculos habuisse, sed sine summa necessitate id  
 nos non oportet statuere, multo minus hoc casu. Primo  
 enim intuitu speciem legis nostrae esse perspicuam, et ver-  
 bis legis decisius nil clarius esse posse, quisque animad-  
 uertet. Miramur THOMASIVM in partes FABRI iuisse. Si  
 priores leges in subsidium vocamus, et ibi quartam partem  
 portionis ab intestato debitae positam esse inuenimus, et  
 perpendimus verba legis, *querelae ratio depositat* nec non  
 quartam in scriptis ICtorum, et au<sup>c</sup>torum classicorum b),  
 imo in Codice THEODOSIANO c) absolute positam, legitimam  
 denotare, quo praecipuum THOMASII argumentum  
 refutari

b) Plinius in ep. V. I.  
 c) l. 4. C. Th. de inoff. test.

refutari potest, ipsam explicationem pro sensui legis penitus refragante reputare possumus. Ita IOANN. BRVNNE-MANN *d)* et REINHARD BACHOV *e)* istam interpretationem ridiculam, et iejunam vocant, et ARNOLD VNNIVS eiusmodi FABRI interpretationes cauillationes dicere non vereatur. Eadem est ratio, si quis forte vocem exaurire, qua vtuntur imperatores, non alienationem totius patrimonii sed partis solum significare velit, quod tentat CAROL. MOLINAEVUS non perspiciens, verba *exaurire, exinanire, exantlare, euiscerare, vacuefacere* in legibus hac de materia promiscue vsitari, et mox alienationem totius patrimonii, mox partis solum significare *f)*. nostram legem nimis evidentem lex septima non minus eidens praecedit. Ita iidem imperatores: *Si mater tua patrimonium suum ita profunda liberalitate in fratrem tuum euisceratis opibus exau- sit, ut quartae partis dimidium, quod ad excludendam in- officiosi testamenti querelam aduersus te sufficeret, in his do- nationibus, quas tibi largita est, non habeas, quod immo- derate gestum est, reuocabitur.* Quartae partis dimidium legitimam denotare ex verbis textus colligere possumus, sed cur solum dimidium, non quarta pars ipsa adiudicatur? De duobus fratribus sermo est, et quarta pars totius here-

D 3

ditatis

*d)* ad h. leg.*e)* loc. citat.*f)* l. 4. C. de inoff. don. l. vnic. C. de inoff. don.



ditatis intelligitur, quae esset legitima vno solum existente filio, sed quia duo adsunt, haec quarta iterum in duas partes diuiditur, et dimidium huius quartae constituit legitimam vniuscuiusque fratrī. Ratio principalis decisionis huius legis est, quod legitima alteri competens non sit falsa, vt ea habeatur, donationem inofficiosam rescindi iubent imperatores, id quod indicant verba, *ut quartae partis dimidium, quod ad excludendam inofficiosi testamenti querelam aduersus te sufficeret non habeas.* Si igitur ex ratione legis diuidicare velimus, rescissio donationis eatenus solum, quantum legitimam laedit, locum habere potest. Hoc plenius indicant verba, *quod immoderate gestum est.* Donatio immensa, immodica, immoderata, eadem sunt, ac quae supra modum, quod etymologia et sensus ipse satis indigit. Modum hoc loco denotare legitimam primo apparet intuitu. Ergo, si in donatione inofficiosa id quod immoderate gestum est iuxta hanc legem rescindi debeat, et haec verba denotent idem ac supra modum, modus vero legitimam significet, donationem inofficiosam pro parte solum legitimae reuocari posse, concludimus.

### §. XIII.

A rescissione dotis inofficiosae ad rescissionem donationis inofficiosae valet consequentia. Dos enim absque onere collacionis data species est donationis, et vtraque inofficiosa tendit

in

in fraudem legis. CONSTANTIVS <sup>g)</sup> filiis de dote inofficioſa alteri facta conquerentibus, debita emolumenta de ista dote adiudicare, praesidem prouinciae iubet. Legitimam modo sub nomine debiti bonorum subsidii, portionis ab intestato debitae, debiti emolumenti, saepius venire non tironem fugit, et hoc loco sub debito emolumento legitimam venire ostendit WESENBECKVS <sup>b)</sup> contra quem monet THOMASIVS, debita emolumenta nil nisi portionem ab intestato debitam significare posse. Si similitudinem huius querelae cum querela inofficioſae donationis perpendimus, et debitum subsidium iuxta mentem DIOCLETIANI ET MAXIMIANI <sup>i)</sup> legitimam denotet, emolumentum debitum idem esse ac debitum subsidium summa cum certitudine contendere possumus. THOMASIVS paraphrasi quadam inter alias legem istam explicare studet, sed vir eruditus nime superfluum in textum infert, quod nulla suffulcit ratione, qua in re sacrarum litterarum sui temporis interpretes imitatus esse videtur. Ipse ANTON. FABER, qui alias omnia pro sua congerit sententia, sub debito emolumento hac in lege legitimam venire, fatetur. Sicut igitur dos inofficioſa vsque ad debita emolumenta reuocatur; ita donatio inofficioſa ob paritatem rationis pro parte legitimae rescindi debet.

#### §. XIV.

<sup>g)</sup> I. vnic. C. de inoff. dot.

<sup>b)</sup> ad h. l. n. 51.

<sup>i)</sup> l. 5. C. de inoff. donat.


 §. XIV.

IVSTINIANVS in nou. 92. de donationibus in praedi-  
dicio liberorum factis sancit. Quamvis nonnulli, in qui-  
bus numero THOMASIVM, IVSTINIANVM actionem supple-  
toriam ad donationes immensas hac in Nouella extendisse  
putent, tantum tamen abest, ut hoc innuerit IVSTINIANVS  
ut potius distinctionis, num aliquid relictum sit, nec ne-  
plane nullam habuerit rationem. Si nouellam alleg. con-  
templamur, id animaduertemus. Clariora enim sunt ver-  
ba: *necessitatem autem babentibus omnibus nōdis complere  
fratribus, quod haec defert secundum quam scripsimus men-  
suram, ut non minus habeant illi, quam quod ex legibus ei  
debitur, propter factam in donationibus immensitatem.* Et  
eam distinctionem plane reiiciendam esse cum PAVLO CA-  
STRENSI quodammodo statuere videtur CHIFLETIVS <sup>1)</sup>.

## §. XV.

Praeterea quaectionem: num praeter heredem legi-  
timum heres ex testamento querelam mouere possit, quod  
praeter LAVTERBACHIVM <sup>m)</sup> et FRISIVM <sup>n)</sup> certe nemo  
statuet, similesque alias quaectiones. Paucis disquiramus:  
¶trum plures donatarii, quibus singulis distinctis tempor-  
ibus

<sup>1)</sup> de port. legit. cap. II. In Eu. Otton. thes. iur. rom. p. 739.

<sup>m)</sup> loc. memorat.

<sup>n)</sup> loc. citat.

bus donatum fuit, a filio excluso pro rata sint conueniendi, an hunc filium exclusum posteriores solum donatarios excutere, et contra priores in subsidium saltem agere oporteat. Haec materia praeterlapsò seculo inter aduocatos Parisienses diu multumque fuit agitata, et referente IOANNE SCHILTERO o) quatuor dissertationibus, hac de re ab ipsis aduocatis editis, praebuit occasionem, Tantum abest, vt hanc controuersiam pro intricata habeamus, vt potius facilis negotio dirimi posse putemus. Patrem usque ad legitimam donare posse, et has donationes, quae legitimam non laedunt, validas esse, nec a patre nec a filio sine iusta causa reuocari posse, res est expedita. Ponamus igitur, patrem quemdam donationes distinctis temporibus fecisse, primam Caio, secundam Maenio et tertiam Sempronio, et vnamquamque earum legitimam filio debitam non laedere, ponamus, post has donationes patri nil nisi legitimam filio debitam superesse, et hanc donatione quaranta in Laelium transferre, tunc filius Iaesus non agere poterit contra tres priores, ipse enim exceptione incompetentis actionis a limine iudicij repellendus esset. Nam fundamentum agendi in laesione legitimae, de qua pater in praeiudicium ipsius disponere non potuisset, ponens, si contra priores hoc vteretur, aperte falsum adhiberet fundamentum agendi. Pater id agebat, quod ipsi iuxta leges licitum erat, tunc enim temporis nulla erat laesio in legitima, et donationes nullo la-

E

bora.

bina

o) exerc. 43. §. 35.



borabant vitio. Bona solum donatione quarta in Laelium  
 collata, non valide poterat donare pater, et contra hunc  
 donatarium filius Iaefus isto poterit vti fundamento agen-  
 di, tunc vero, si istius bona donata ad constituendam le-  
 gitimam non sufficiunt aduersas priorem omnino agere. Id  
 analogiae iuris optime congruit, et cum multis aliis ita pu-  
 tatur AVG. LEYSER p.). Hoc statuentibus nobis potest obiici,  
 patrem donatarum bona sua, retenta parte legitima, filio suo  
 post mortem ipsius competente, istam legitimam consumere,  
 et sic filium defraudare posse. Quamuis innumerae viae in  
 fraudem legis excogitari possint, et rarissimus sit legislator,  
 qui in condenda lege has paecludere posset, certe tamen, nul-  
 lus, quod ad legitimam liberorum spectat, erit defraudandi  
 modus, cui ius nostrum, et ICti non paeceauissent. Ut hanc  
 viam paecludant, nonnulli distinguunt, num donationes  
 factae sint fraude, an absque fraude. Priori casu, omnino  
 contra donatarium adhuc superesse actionem ad legitimam pu-  
 tant, et hoc optime, fraus enim nemini prodesse potest, et  
 exhereditatio, quae patri direkte haud licita est, per indirectum  
 ei permitta esse non debet. Posteriori, si fraus abest, quod  
 fieri potest, si legitima, quae superfuit, incendio, ruina, aut  
 alio casu periit, nullum datur remedium. Hoc enim pro casu  
 haberi potest, quem pater et filius soli sentiunt. Sed quid-  
 quid de donatario ultimo conueniendo diximus, sine dubio va-  
 -sod

quid

¶) ad leg. I. C. de inost. test.

Iet, si donationes diuersis temporibus factae sint, si non constet, quaenam prima, secunda, aut tertia, tunc omnes pro una habendae sunt, et sic contra omnes donatarios actio locum habet. Pariter id, de donatario vltimo conueniendo, generaliter, nulla admissa exceptione cum JOANN. BRVNNEMAN<sup>o</sup> q) et DAVID MAEVIO<sup>r</sup>) non audieremus statuere. Diuersa inter fratres et extraneos subesse videtur ratio. Extranei non conferunt, fratres accepta sibi inuicem conferre tenentur, et non contra singulos sed contra omnes fratres donatarios actionem competere, luculenter demonstrant leges, ut IVSTI<sup>s</sup> NIANVS s) liberos donatarios omnia, quae in quartam portio- nis legitimae successionis ab intestato imputantur omni modo coheredibus suis conferre, iubet. Id laudat. imperat. Iculen- tioribus verbis: necessitatem habentibus donatariis singulis omnibus modis completere, quae lex defert, repetit. Haud exi- guae existerent difficultates, si vltimus frater posteriorem pri- us excutere velit. Exciudiens enim itidem exceptionem le- gitimae sibi competentis haberet, et fac, donationem sibi fa- Etiam vltimo filio laeso cedere debere, tunc priorem iterum excutere posset, et hic excusus contra primum agere debe- ret. Extraneus vltimus contra primum regressum non habet, ergo id tali casu metui nequit. Si igitur inter extraneos do-


E 2 ergo

g) sp. 437. coroll.

r) comm. ad ius Lubeck.

s) l. 20. C. de coll.

t) Nou. 92. c. I.



natarios et fratres distinguimus.<sup>1</sup> optimo iure AVG. LEYSERO <sup>u</sup>),  
 DAVID MAEVIO, IOANNI BRUNNEMANNO et GUILIAUME  
 DE LA CHAMPAGNE <sup>x</sup>) qui de donatario vltimo conuenien-  
 do statuunr, et quorum posterior in Gallia saepius iuxta hanc  
 sententiam pronuntiatum fuisse testatur, nec non IOANN  
 SCHILTERO <sup>y</sup>) et auctori dissertationis Parisiensis DANTY <sup>z</sup>)  
 qui de fratribus pro rata conueniendis, et tandem ANTON. PE-  
 REZIO <sup>a</sup>) ANTON FABRO <sup>b</sup>) pluribusque aliis, qui de actio-  
 ne contra omnes donatarios instituenda sententiam fouent, ad-  
 sentiri possumus.

### §. XVI.

Omnium dubiorum, quae nostrae thesi opponuntur, ma-  
 ximum videtur quod excitat PAVLVS <sup>c</sup>) inquiens: *Imperator  
 Alexander Augustus Claudiano Juliano praefecto urbi. Si li-  
 querit Julianae carissime, aviam interuertendae in officiis que-  
 relae patrimonium suum donationibus in nepotem factis exi-  
 nanisse, ratio depositit, id quod donatum est, pro dimidia  
 parte reuocari.* De duobus in hac lege nepotibus, et per  
 consequens de hereditate in duas partes diuidenda sermo est.

Dimi-

<sup>u</sup>) loc. cit.

<sup>x</sup>) dans le traité de la legitime.

<sup>y</sup>) loc. excit.

<sup>z</sup>) de contributione omnium donatariorum ad legitimam. Paris 1695.

<sup>a</sup>) comment. ad cod. 1. civil. p. 169.

<sup>b</sup>) cod. Sabaud lib. III. tit. XX, def. I.

<sup>c</sup>) l. 87, §. 2. D. de leg. 2.

Dimidia hereditatis pars, est pars virilis. Cum igitur donationem pro parte dimidia rescindi statuatur, pro parte virili seu in totum eam reuocari sequitur, quod thesi nostrae directe contrarium est. Quam vehementer haec lex praeprimis glosatores vexauerit, dici non potest. Si quis eorum regulam, *Codex derogat Pandectis* perpendisset, quid statuendum sit, ipsis iudicatu non fuisset difficile. Si huic regulae infistere vellemus, non necesse esset plura proferre, sed ad eam refugere, nondum opus esse putamus. Primo intuitu hoc rescriptum loco incongruo reperiri videtur, si vero nexus cum paragrapho tertio inspicimus, fundamentum responsi Paulini, in paragrapho tertio obuii esse hoc rescriptum ALEXANDRI obseruabimus, quod, si praesumtio ANT. PITHOEI d) vera sit quod utique videtur, is, qui Paulum consuluit, libello suo, ut PAVLVS melius et rei accommodatius respondere possit, forsan proposuit. Iste paragraphus tertius priorem optime illustrare poterit. In eo huius rescripti iterum fit mentio. PAVLVS respondet: *post litteras imperatoris nostri dubitari non oportere, quin in hac quoque specie, de qua quaeritur, subueniendum sit liberis, quarum portio in unum filium donationibus collatis imminuta est.* Cum PAVLVS rationem, cur liberis succurrentum sit, in eo, quod portio eorum imminuta sit, ponere videatur, rescissionem quoque donationis inofficiosae in id solum, quod portionem suppletat imminu-

E 3

tam

d) Leg. Mosaic. 16.



—————

tam, sine dubio statuit. Rescriptum Alexandrinum est fundamen-  
tum huius responsi, rescriptum igitur ipsum idem sancire  
nemo dubitabit. Verba *pro dimidia parte*, *pro dimidia quarta*  
*parte* posita esse videntur, quod ex rescripto DIOCLETIANI et  
MAXIMINIANI e) quodammodo explicari potest, cui explicatio-  
ni, si argumentum ex nexu paragraphi secundi cum tertio in  
subsidiū vocamus, maxima probabilitas accedit. Ita interpre-  
tantur AZO et BVLGARVS, quos antesignanos dux elegantiorum  
interpretum IAC. CVIACIVS fecutus est, qui vero ad nexus re-  
scripti cum paragrapho tertio non satis respexerunt. Contra  
istos ita concludit FABERV. Quod vobis licitum est, mihi  
quoque licet. Vos verba *pro dimidia quarta parte* in textum  
infertis. Ergo verba, pro ratione quartae in leg. 8. C. de  
inoff. donat. delere et expungere mihi quoque licet. Hanc  
nostram explicationem BACHOVIVS his contra FABERV M pro-  
pugnat verbis: quod tibi licitum est, mihi quoque licet. Tu ver-  
ba, *pro ratione quartae* in leg. 8. C. de inoff. don. meae senten-  
tiae fauentia ex textu expungere intendis. Ergo verba *pro*  
*dimidia quarta parte* in textum inferre mihi permisum est.  
Ita ludunt hi viri eruditii. Saepius contingit, quod, si the-  
sis quamdam extra nexus cum aliis consideramus, ea thesis  
longe diuersum, a sensu in nexus cum aliis considerata habe-  
bit sensum, quod frequenter in theologia dogmatica, et pree-  
cipue in naturali, in exegesi sanctiori, in metaphysicis,

pluri-

e) 1. 7. C. de inoff. don.

der sind die gesetzten

plurimisque in reliquis doctrinis philosophicis occurrit. Idem de hoc rescripto statuimus. Quamuis dubium quodammodo videatur istud rescriptum, statim tamen, ubi cum aliis scriptis Codicis et cum responso Paulino comparamus, quisnam verior sit sensus, perspici potest. Ad hoc aliae coniecturae hanc explicationem adminiculantur. Ius, quod tempore legis cuiusdam conditae commune erat, si de eo satis constet, et nexus cum eiusmodi lege habeat, istam legem, si dubia videtur, saepius claram reddere potest. Vidimus, donationem immodicam, si extraneo facta erat, ab herede donatoris usque ad dordanter, aut saltem ad certam summam potuisse reuocari, filiis vero factam fuisse validissimam, et nullam reuocationis exstitisse legem. Ponamus, quod statuunt, imperatores, quantum fieri potuit a iure communi nimium non recessisse, non verisimile est, ALEXANDRVM uno impetu eiusmodi donationem, filio factam, pro inualida declarasse, quae antea nulla lege renocari poterat. Porro, si verum sit quod dicunt, ALEXANDRVM sine viginti ICtis et praesertim VLPIANO suo dilectissimo nullam tulisse legem, nec non verum sit, ICtos suo tempore videntes Legis Cinciae fuisse obseruantissimos, qua de re supra dictum est, non probabile est, ALEXANDRVM cum ICtis legem tulisse, quae memoratae legi directe repugnabat, potius, cum primus sit, qui in hoc rescripto actionem donationis rescissoriam, ex Lege Cincia competentem, dabat fratri

contra



contra fratrem donatarium, quae antea solum contra donatarium extraneum competebat, merito coniicere possumus, ad hanc summam quoque, ad quam usque ab extraneo donatario donatio rescindi poterat, eius donationis ab herede necessario reuocationem statuisse ALEXANDRVM. Ad hoc accedit, quod, si supra dicta interpretatio falsa sit, tempore ALEXANDRI donatio in extraneum collata ab herede donatoris usque ad quartam, filio vero factam, in totum iuxta hoc rescriptum reuocata fuisset, quod omni probabilitati repugnat. Argumentum ab aequitate desumptum spenni non debet, sed saepius eo abutuntur Doctores, id quod nobis videtur, si istud, quando de isto rescripto dicunt, nostrae opponunt sententiae. Maiore pondere id pro nobis producere possemus, sed neminem conuictum abiturum esse, praeuidemus. Quaeque igitur de argumento aequitatis, et praesertim de ALEXANDRO imperatore aequissimo proferat CAROLVS MOLINAEVS f) quaeque dicat de significatione vocis exinanire, qua in hoc rescripto vtitur ALEXANDER, et quidquid statuat doctissimus Hispanus, LAVENTIVS VALLA, ICtis peculiarem fuisse verborum obseruationem, non ea sunt, quae ampliore disquisitione digna putemus.

### §. XVII.

Ad similitudinem inofficii testamenti datur querela inofficiæ donationis. Hoc ex toto titulo nostro Codicis eluet

et non

f) l. I. n. 58.

et non leue est aduersariorum argumentum. Testamentum enim inofficium iure antiquiori in totum corruebat, et cum tempore PHILIPPI, VALERIANI et GALLIENI, DIOCLETIANI et MAXIMINIANI nec non CONSTANTINI, idem adhuc constitutum esset, et hi de donationibus inofficiis ad similitudinem inofficii testamenti pronuntiandum esse iubent, probabiliter donationem inofficiosam itidem in totum corruisse concludunt. Lex vltima tituli nostri, quae nobis in duobus Codicibus, THEODOSIANO et IUSTINIANEO conservata est, et CONSTANTINVM nec non, docente GOTHOFREDO b), IULIANVM habet auctores, id haud obscure innuere videtur. Imperatores rescribunt: *Non conuenit dubitari, quod immodicarum donationum omnibus querela ad similitudinem inofficii testamenti legibus fuerit introducta, ut sit in hoc actionis utriusque vel una causa, vel similis existimanda, vel idem temporibus et moribus.*

Vox omnibus, quae sensum legis obscurum reddit, contra nos pugnare videtur. Hoc arripit FABERVIS i) et, vt sensum legis clariorem reddat, vocem in interponit, et inde sensum, ac si querela inofficiosae in omnibus similis sit querelae inofficii testamenti format. Codex THEODOSIANVS optime hanc tollit obscuritatem, In hoc, loco omnibus legitur vox, *omnis*, et bene monet GOTHOFREDVS, eo id,

*AMITEVI S QUONIAM QVI ET Eius obitv 860 1900 quod*

i) tom. I. Cod. Th. p. 210<sub>b</sub>

ii) lib. I. Coni. 17.



quod quaecunque querela inofficiosa similis sit querelae inofficiosi testamenti, significari. Non est, quod quis miretur, quod vox collectiva *omnis* adhibetur. Datur praeter istas querelas, querela inofficiosae dotis, et imperatores, si de similitudine querelae inofficiosae donationis cum ea querelae inofficiosi testamenti loquuntur, simpliciter in plurali de actionibus inofficiosis dicere soliti sunt, quod docet I. 5. C. Theod. de inoff. test. in Iustiniane omissa. Quod ad reliqua contenta nostrae legis attinet, ea non contradicere potius nobis fauere videntur. Bene enim perspexerunt imperatores, querelam inofficiosae non in omnibus similem esse querelae inofficiosi testamenti. Ideo adiiciunt verbis *vel una causa*, verba: *vel similis*, ut vel una causa vel similis sit existimanda vtriusque querelae, quae posteriora verba sine dubio diuersitatem ratione fundamenti agendi in vtraque querela diuersi, non minus diuersitatem ratione periti intuitu quantitatis rescindendae, significant. Saepius laud. THOMASIYS de diuersitate computationis bonorum, in querela inofficiosae donationis ex tempore donationis, et in querela inofficiosi testamenti ex tempore mortis, facienda, ista verba *vel similis* intelligi vult. Ait haec quaestio, a quonam tempore in donationibus inofficiosis bona sint computanda, quamuis inter veteres fuit controversa, non tamen inter eos valde agitata fuit, primum a IUSTINIA-

NO  
D 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100 101 102 103 104 105 106 107 108 109 110 111 112 113 114 115 116 117 118 119 120 121 122 123 124 125 126 127 128 129 130 131 132 133 134 135 136 137 138 139 140 141 142 143 144 145 146 147 148 149 150 151 152 153 154 155 156 157 158 159 160 161 162 163 164 165 166 167 168 169 170 171 172 173 174 175 176 177 178 179 180 181 182 183 184 185 186 187 188 189 190 191 192 193 194 195 196 197 198 199 200 201 202 203 204 205 206 207 208 209 210 211 212 213 214 215 216 217 218 219 220 221 222 223 224 225 226 227 228 229 230 231 232 233 234 235 236 237 238 239 240 241 242 243 244 245 246 247 248 249 250 251 252 253 254 255 256 257 258 259 259 260 261 262 263 264 265 266 267 268 269 270 271 272 273 274 275 276 277 278 279 279 280 281 282 283 284 285 286 287 288 289 289 290 291 292 293 294 295 296 297 298 299 299 300 301 302 303 304 305 306 307 308 309 309 310 311 312 313 314 315 316 317 318 319 319 320 321 322 323 324 325 326 327 328 329 329 330 331 332 333 334 335 336 337 338 339 339 340 341 342 343 344 345 346 347 348 349 349 350 351 352 353 354 355 356 357 358 359 359 360 361 362 363 364 365 366 367 368 369 369 370 371 372 373 374 375 376 377 378 379 379 380 381 382 383 384 385 386 387 388 389 389 390 391 392 393 394 395 396 397 398 399 399 400 401 402 403 404 405 406 407 408 409 409 410 411 412 413 414 415 416 417 418 419 419 420 421 422 423 424 425 426 427 428 429 429 430 431 432 433 434 435 436 437 438 439 439 440 441 442 443 444 445 446 447 448 449 449 450 451 452 453 454 455 456 457 458 459 459 460 461 462 463 464 465 466 467 468 469 469 470 471 472 473 474 475 476 477 478 479 479 480 481 482 483 484 485 486 487 488 489 489 490 491 492 493 494 495 496 497 498 499 499 500 501 502 503 504 505 506 507 508 509 509 510 511 512 513 514 515 516 517 518 519 519 520 521 522 523 524 525 526 527 528 529 529 530 531 532 533 534 535 536 537 538 539 539 540 541 542 543 544 545 546 547 548 549 549 550 551 552 553 554 555 556 557 558 559 559 560 561 562 563 564 565 566 567 568 569 569 570 571 572 573 574 575 576 577 578 579 579 580 581 582 583 584 585 586 587 588 589 589 590 591 592 593 594 595 596 597 598 598 599 599 600 601 602 603 604 605 606 607 608 609 609 610 611 612 613 614 615 616 617 618 619 619 620 621 622 623 624 625 626 627 628 629 629 630 631 632 633 634 635 636 637 638 639 639 640 641 642 643 644 645 646 647 648 649 649 650 651 652 653 654 655 656 657 658 659 659 660 661 662 663 664 665 666 667 668 669 669 670 671 672 673 674 675 676 677 678 679 679 680 681 682 683 684 685 686 687 688 689 689 690 691 692 693 694 695 696 697 698 698 699 699 700 701 702 703 704 705 706 707 708 709 709 710 711 712 713 714 715 716 717 717 718 719 719 720 721 722 723 724 725 726 727 728 729 729 730 731 732 733 734 735 736 737 738 739 739 740 741 742 743 744 745 746 747 748 749 749 750 751 752 753 754 755 756 757 758 759 759 760 761 762 763 764 765 766 767 768 769 769 770 771 772 773 774 775 776 777 778 779 779 780 781 782 783 784 785 786 787 788 789 789 790 791 792 793 794 795 796 797 797 798 799 799 800 801 802 803 804 805 806 807 808 809 809 810 811 812 813 814 815 816 817 818 819 819 820 821 822 823 824 825 826 827 828 829 829 830 831 832 833 834 835 836 837 838 839 839 840 841 842 843 844 845 846 847 848 849 849 850 851 852 853 854 855 856 857 858 859 859 860 861 862 863 864 865 866 867 868 869 869 870 871 872 873 874 875 876 877 878 879 879 880 881 882 883 884 885 886 887 888 889 889 890 891 892 893 894 895 896 897 897 898 899 899 900 901 902 903 904 905 906 907 908 909 909 910 911 912 913 914 915 916 917 917 918 919 919 920 921 922 923 924 925 926 927 928 929 929 930 931 932 933 934 935 936 937 938 939 939 940 941 942 943 944 945 946 947 948 949 949 950 951 952 953 954 955 956 957 958 959 959 960 961 962 963 964 965 966 967 968 969 969 970 971 972 973 974 975 976 977 978 979 979 980 981 982 983 984 985 986 987 988 989 989 990 991 992 993 994 995 996 997 997 998 999 999 1000

no decisa <sup>k)</sup> sic igitur nullo modo probabile est, his verbis, quae, si istud, quod THOMASIVS vult, denotarent, valde essent obscura, imperatores hanc quaestione decide-re voluisse. Porro, si imperatores hac in lege ultima no-stri tituli vtriusque querelae vnam eamdemque esse causam voluissent, ab una ad alteram valide posset concludi et inter utramque nulla esset differentia, cuius itamen contrarium erudite docet CAROL. MOLINAEVS.

### S. XVII.

Legem quartam C. de contrah. emt. vendit. his legibus adiungimus. LUCIANVS quidam auxilium DIOCLETIANI et MAXIMINIANI implorat, et allegans, a quadam muliere sibi bona donata esse, vt suae intentionis maius det robur simul praeter donationem in emtione venditione fundamen-tum suae intentionis ponit. Titulum duplum allegari non posse respondent imperatores, et pergunt his verbis: *at tunc demum tibi profuit emtio hereditatis, si ex donatione te non fuisse dominum demonstretur. Sane quoniam omnia bona ab eo donata et tradita dicis, ad hoc a filio facta ven-ditio rerum maternarum afferre perfecta etiam donatione poterit defensionem, ne vel exemplo inofficio *testamenti possit baec auocari. DIOCLETIANVS et MAXIMINIANVS, a quibus plurimae tit. Cod. de ineff. donat. leges promana-**

F 2

runt

<sup>k)</sup> Nou. 162. c. I.



runt legis istius quoque sunt auctores. Si in reliquis legibus pro ratione quartae donationem inofficiosam rescindi, et in aliis, ut debitum bonorum subsidium liberi consequantur eam retractari iubent imperatorres, certe pro totius donationis rescissione lex non erit argumentum. Ad hoc non est principalis intentio imperatorum, hac in lege de rescissione inofficioae donationis statuendi, solum cum LVCIANO melius consulere vellent, cur ipsi, si bona sibi non donata sed vendita esse praetenderet, melius consulteretur, rationem hanc, ne haec donatio posset auocari, allegabant. Iis sufficiebat solum, meliorem emtionis venditionis titulum esse, titulo donationis, demonstrare. Ex his igitur verbis generalioribus, num pro parte, num in totum eiusmodi donatio rescindi queat, concludere non licet.

#### §. XVIII.

Nisi in legibus antiquis germanis de liberaliore donandi maiorum nostrorum animo exstante monumenta, in tanta paupertate et simplicitate, apud maiores nostros omnem donationem fuisse exulem, crederemus. Sed contrarium nos docent **LEGES LONGOB.** l), **WISIGOTH.** m), **BAIVVAR.** n) et longe ante istas leges **TACITVS** o), de moribus germanorum testis satis certus et cognitus.

#### §. XX.

l) lib. II. Tit. XV.

m) lib V. Tit. II. §. VI. Tit. XI. §. II.

n) Tit. XV. Cap. XI. §. II.

o) Cap. XXI.

## §. XX.

Maiores nostri fidei seruandae tenacissimi erant. Satis constant enuntiata speculi saxonici et alia proverbia: *Was der Man gelobt, das soll er halten, ein Wort, ein Wort, Ein Wort so gut wie zehn, ein Wort geredt und gehalten steht gut bey jung und alten* et alia similia. Cum donationes pactorum sint species, merito apud istos eas fuisse irrevocabiles concludimus, et praeter causas, quas refert ius LONGOBARD. p) certe nullae fuerunt, ob quas donationem retractare fuisse licitum. Ne in toto quidem speculo saxonico et suevico quidquam de reuocatione ob superuenientes liberos, quae tamen reuocationis causa iuri naturae, et sic simplicitati germanicae omnium conuenientissima erat, quidquam reperimus. Huic accedit, quod medio aeuo plurimae donationes in iudicio fieri debebant, ut pluribus demonstrat auctor *prodromi CHRONICI GOTTWICENSIS* q), et id iuxta Speculum Saxonicum r) maximam merebatur fidem, ac paene irrevocabile erat. Quin ipsas personas illustres, si promissis suis non starent, donatariis suis facultatem dedisse, terras suas inuadendi, et ibi, donec promissa impleta, commorandi, deprehendimus, qua de re dignissimum praebuit exemplum LUDOVICVS IV. Rex Romanor.

F 3

cum

p) Lib. II. Tit. XIV. §. XXIV. Lib. V. Tit. I. §. 3. Lib. III. Tit. XIV.

q) lib. II. p. 78.

r) lib. L art. 7.



cum RVDOLPHO Comite Palatino Rheni, Duce Bauariae <sup>s).</sup> Quamquam igitur donationes irreuocabiles essent, quaeri tamen potest, an pater sine consensu liberorum bona sua valuerit donare, et liberos istas donationes oportuisset firmas habere. Quod ad hoc attinet, maximam inter ius Romanum et Germanicum inuenimus discrepantiam. Iure Romano liberi nullum ius habent, patri suo bona alienanti contradicendi, demum post mortem patris, ex bonis donatis legitimam petere possunt. Longe vero aliter se res habet iure Germanico. Germani nostri bona sua diuidebant in bona hereditaria, (*ErbGut*) et bona adquisita (*errungen Gut, wohlgewonnen Gut, die Errungenschaft*). Splendor familiarum, quem Germani quolibet modo conseruare studebant, causa erat, cur patris facultatem circa bonorum hereditariorum alienationem arctissimis circumscrivebant limitibus. Sine consensu enim heredum alienatio istorum pror

<sup>s)</sup> apud CASPAR LERCH A DVURHEIM vom Reichs-Ritterlichen Herkommen part. I. p. 5. Sic inquit mandatarius LVDOVICI ET RUDOLPHI. Die vorgenandte Heller soll man dem vorgenandten Jacob geben auf Sanct Georgen Tag, der nun nächst kommt. Giebe man aber dem vorgenandten Jacob das vorgenandte Geld nicht auf das vorgenandte Ziel, So mächr und sollte der vorgenandte Jacob meinem vorgenandten Herrn den König pfendien, und die Pfandt treiben und führen in meines Herrn Herzogs Rudolfs Veften, ohne seinen und seiner armen Leute Zorn. Wäre es aber, daß der vorgenandte Jacob meinen vorgenandten Herrn den König nicht möcht gepfenden obn alles Geführde, so möcht er und sollte meinen vorgenandten Herrn Herzog Rudolphen angreifen und pfenden obn seinen und seiner armen Leute Zorn, et ciusmodi exempla plura collegit de LVDEWIG tom. 2. reliquiar. p. 222. quae non sine stupore legi posse ipse putat in cit. differt. I. §. 8.

sus inualida erat, et prouerbium, was einmahl in Erb-Gang kommen ist, muß in Erb-Gang bleiben, striete obseruabant. Prae aliis id luculenter demonstrat Speculum Saxonicum t), vbi reperimus verba: *Obne der Erben Laub und ohn Ge-richt mag kein Man sein eigen Gut, noch seine Leut ver-geben. Vergiebt er es aber wider Recht ohne der Erben Urlaub, die Erben mögen sich ihres Guts wohl unterwinden mit Recht, als ob der todt wäre, der es gab, darum, daß er es nicht vergeben möchte.* Et alio loco u). *Obne des Richters Urlaub mag ein Man sein eygen wohl vergeben mit der Erben Laub.* Ne inter bona quidem adquisita et hereditaria distinguere, potius de omnibus bonis intelligere videtur REPKOVIVS. Et reuera Glossa de omnibus bonis intelligit, ac solum inter iura diuersitatem ponit. Sic habet Glossator x). *Darf hier auch steht ohne der Erben Laub et caet. solches vernim von angestorben eygen nach Weichbild-Recht, aber nach DorfRecht versteht man es von allerley ey-gen, es sey gegeben, ererbt, oder erkaufft, quamuis alio lo-co in aliam abire sententiam videatur, his verbis y): Erb-eigen mag man ohne der Erben Laub nicht vergeben, wohl-gewunnen eygen mag man aber wohl vergeben.* Sicut vox *Lehn* non semper denotat feudum, sed saepius allodium,

testan-

\* lib. I. art. 52.

u) lib. I. art. 32.

x) cit. art. 52.

y) ad Weichb. art. 21.

—

testantibus ICtis apud PVFFENDORFIVM z) et praecipue HALLTHAVS a) et CONRADI b), ita verbum *eygen*, quod plerumque feudo opponitur, non semper allodium, sed saepe numero bona auita, de feudis multum participantia significat, ut docet IOANN STIRNHOOKIVS c) et cum isto IOANN. PETER a LVDEWIG d), qua explicatione multae difficultates, in legibus antiquis, alias fibi inuicem contradictientibus, tolli possunt. Nihilominus tamen, si verba in sequentia cit. art. 52. consideramus, maxime probabile est, speculatorum simpliciter alienationes omnium bonorum immobilium, siue sint hereditaria, siue adquisita, interdicere voluisse. Sequentur enim verba: *alle fahrende Haabe aber giebt der Man wohl ohne Laub der Erben*, quam recte tueretur sententiam IO. GOTTLIEB. HEINECCIVS e). Serenissimus tamen Legislator Saxonius istum locum vnicے de bonis hereditariis seu auitis explicat f). Cum Papa GREGOR. XI. hunc alleg. articulum 52. Speculi Saxonici in bulla ao. 1373. ad episcopum Rigensem missa inter eos, a se damnatos, referat, quod fulmen CONCILIVM BASILEENSE confirmet, non miremur, cur Speculator Sueuicus, quippe qui,

ne

z) obseru. iur. vniu. tom. I. obs. 91.

a) Gloffar. fori Germ. p. 1223.

b) de nominibus German. *feude* et *Lehn* p. II.

c) in Iure Suecic. cap. 5.

d) loc. excit. diss. 3.

e) elem. iur. germ. lib. 2. §. 163.

f) Part. 2. c. 12.

ne iram Papae contra se excitaret, maxime cauisse, ex toto speculo colligere possumus, nil hac de re speculo suo intulit. Praeter locum enim, quem solum MEISCHNERIANA et GOLDASTINA habent editiones, nil deprehendimus. Is ita se habet g) Geit einer sein eygen wider seiner Erben Willen bin und on des Voigts Geding, sie solin vor den Richter farn, und es versprecken, und der Richter soll es da antworten den Erben. Res fatis expedita est, patrem de bonis hereditariis, et fere de quibuscunque immobilibus sine consensu heredum non potuisse disponere, id quod post speculum Saxonicum, et alia iura antiqua, clare docent fere innumeræ chartæ aëui medii, quæ extant apud SCHATENIVM b), STEPHAN. ALEX. WVRDTWEIN<sup>i</sup>), ERNST. IOACH. WESTPHALEN k), IO. BVRC. MENCKE l), VAL. FERD. de GVDENVS m), IO. MART. SCHAMELIVM n) et præcipue apud IO. PET. de LVDEWIG o), et statuta atque iura prouincialia MINDENSIA p), HAMBVRGENSIA q), LV-BECENSIA r), STADENSIA s), BREMENSIA t), MVHLHVSANA u),

## G

NA u),

g) c. 308.

b) annal. Paderborn. ad ann. 1265.

i) in subidiis diplom. tom. IV. p. 248.

k) scriptor. rerum German. 2286. 2295. et passim alibi.

l) script. rer. Germ. tom. I. p. 688. seq.

m) in Cod. diplom. tom. I. p. 105. 315. tom. III. p. 695.

n) in Thuringia sacra p. 68. 95.

o) reliqu. manuscr. tom. IV. p. 36. 43. 52. 53. 74. 119. 123.

p) lib. I. t. 2. art. I.

q) p. 3. tit. I. a. 7.

r) Lib. I. tit. IO. art. 6.

s) P. I. c. 4.

t) p. 2. tit. 4.



NA u), IUS MUNICIP. LVNEBVRG. x), O. P. MAGDEBVRG.  
y) et nouiore aetate ORDO SVCCSSION. AVSTRIAC. z) nec  
non inter Doctores DAVID. MAEVIVS a), IAC. FRID. LV-  
DOVICI b), ill. BERNH. FRID. LVD. LAVHN c), IO. GE-  
ORG. HALTHAVS d), Vir celeb. IOANN. CARL. HEINR.  
DREYER e), perillust. IOANN. AVGUST. HELLFELD f) et  
nuperrime Vir celeb. I. L. STEIN g). Liberiorem quidem  
de bonis adquisitis disponendi copiam habebant maiores  
nostris, non tamen liberrimam. Non nisi enim, aut fame  
coactus, aut viribus, bona sua administrandi, deficiens, qui-  
dam cunctas facultates suas donare poterat, quod praecipue  
IVRE SAXONVM et FRANCORVM obtinebat, nulla fere alia  
lege, nisi LEGE ANGLORVM h) contrarium statuente.

## S. XX.

u) 3. 9.

x) P. 6. t. 5.

y) c. 22. §. 4.

z) d. a. 1720. t. 12.

a) comm. ad ius Lubec. lib. I. tit. X. art. 6.

b) de diuerso iure bonorum adquisitorum et hereditariorum. Halae  
1714.

c) in memoria retractus gentilitii medio aeuo visitati. Vinar. 1738.

d) glossar. germanic. p. 363.

e) de restricta facultate bona hereditaria alienandi iure Germ. Hol-  
sat. et Lubec. Kiel 1750.f) de restricta illufriuum alienandi facultate maxime quoad allodia  
unita.g) Betrachtung einzelner Rechtsmaterien nach teutschchen, besonders  
Sächsischen, Lübeckischen, Hamburgischen und anderer benachbarter Orte  
Rechten, als eine Nachlese, oder Supplement zu Abhandlung des Lübi-  
schen Rechts, zweyt. Theil, erste Abb.

h) tit. XIII.

## §. XX.

Superuacaneum esset, in vsum querelae inofficioae donationis apud veteres studiose inquirere. Cum plerique bona sine consensu heredum alienari, interdictum esset, et donatio omnium bonorum, vt vidimus, paucissimis solum casibus permitteretur; eiusmodi alienationes, sine consensu heredum factae, ipso iure nullae erant, et heredes sine vallis ambagibus bona a donatariis retrahere poterant. Haec principia sine dubio vsque ad institutionem camerae imperialis, et sic vsque ad plenariam iuris romani introductiōnem valuerunt. Ut enim pleraque iuris germanici doctrinae, incremente iuris Romani valore, in desuetudinem abierunt, ita haec doctrina paria habuit fata, et recentiore aetate vnice secundum ius Romanum diiudicata fuit. Ita HEINECCIVS i): *contractus benefici reliqui per omnia fere ad iuris romani normam, tum iure saxonico, tum in reliquis germaniae prouinciis redacti sunt, cui adsentitur persillust. de SELCHOW k).* Ii ipsi ICti, quibus a serenissimo Electore Augusto opus constitutionum Saxoniarum confidere demandatum erat, quamuis iuris et morum priorum peritissimi essent, in quibus eminent praecipue IOACH. a BEVST, MATTHAEVS WESENBECKIUS, IAC. THOMINGIUS, et praeter ea, vt ex multis concludere possumus, Serenissimi Electoris in hoc opere conscribendo principalis esset cura, vt principia iuris Saxonici inconcussa et illibata mane-

G 2

rent

i) elem. iur. germ. lib. II. §. 384.

k) comp. iur. germ. §. 553.



rent, ii tamen ICti, quod ad nostram spectat 'materiam, a iure patrio deflectentes ad ius Romanum satis inclinant, quod ex loco supr. alleg. clarissime elucet. Inde igitur, ius Romanum huius controuersiae deciduae hodie vnicē esse normam, non dubitare licet. Quae cum ita sint, quaeritur solum, quaenam hodie sententia vsu seruetur. Si e- uoluimus libros ICtorum practicorum, CARPOVII, RICH- TERI, FINCKELTHAVSII, non nisi nostram, tanquam legibus optime conuenientem, ipsos praeferre, deprehendimus, e qui- bus vnicum solum allegemus praeiudicium, quod habet RICH- TERVS 1). Ita pronuntiat ICtus: *Wie denn nicht weniger oft besagte donatio tanquam inofficio auf eure legitimam billig zu rescindiren, und solche portionen legitimam euer Vetter von den hinterlassenen ErbGütern euch abzutreten sebuldig.* Qui ICti nominati pluresque alii simul de praxi nostrae sententiae testantur.

### §. XXI.

Praeter disciplinas mathematicas, nullae fere erunt sci- entiae, in quibus non deprehendantur 'controuersiae. In iis disciplinis, vbi veritates a priori inuentae, vel inueniendae nostram scientiam constituant, id nemo miretur. Ra- tio enim hominis, quamvis essentiale hominis sit attribu- tum, intuitu gradus tamen valde differt, et modo is rem sibi ita repraesentat, ac alter contrarium cogitat. Inde nil nisi lites et controuersiae. Ast aliter se res habet in scien- tiis

<sup>1)</sup> p. 1. Conf. 44.

tiis iuridicis, vbi vnicum verbum Principis sufficit, nouas  
 leges condere, dubias interpretari, et controuersias decidere,  
 quae igitur scientiae prae aliis vacare possent controuersiis.  
 Non quidem omnibus, res enim fere impossibilis est, om-  
 nes leges ita determinate concipere, vt aliquando ne mini-  
 mae quidem circa istas, quod ad hunc vel illum casum at-  
 tinet, oriri queant lites. Ius nostrum tot casibus decisus  
 abundat, et, quamvis non secundum libros, et titulos, ta-  
 men secundum rem ipsam talem ordinem sistit, vt id caput  
 et coronam omnium iurium reliquorum dicere possimus,  
 et nihilominus tot volumina ICtorum controuersiis iuridi-  
 cis casibusque nouiter emersis, in iure Romano haud deci-  
 sis, repleta reperimus, vt nunc nomen iuris perfecti et ab-  
 soluti mereri non videatur. Quam ardenter ab initio hu-  
 ius seculi vsque ad nostra tempora, ICti reformationem iu-  
 ris optarint, testimonium praebent libri de reformando iu-  
 re et de novo iuris systemate condendo editi, et quotidie pro-  
 deuentes. Plane nouum iuris sistema condere, difficilis-  
 sum, et non vnius hominis videtur esse opus, et in Ger-  
 mania nostra certe infelcis eventus. Vetus systema legum  
 Romanarum meliori determinatione, contradicentium con-  
 ciliatione, nouarum quoad casus nouiter emersos, additio-  
 ne, rescissione eius, quod ad rem publicam solum Romanam  
 spectat, vetus, inquam, emendare, post tot a ICtis suggesta  
 subsidia non adeo difficile erit conamen. Sane mirum, ea  
 quoque regna, quae vni subsunt principi, vt sunt regna

Galliae



Galliae et Hispaniae eadem iuris incertitudine regi, quorum Ictri easdem, quas germanici, mouent querelas. Quid autem quaeso, profunt leges nimiae, quid saluberrimae, quid leges controversiae abunde et optime decisae, vbi adiunctus suae conscientiae haud est memor, et iudex promouendi iustitiam non habeat voluntatem? Saepius tamen uterque suis satisfaciens officiis id non potest efficere, quod iudex superior, auctoritatem suam interponens supremam. Hic est fons, unde bona, unde celerior promanat iustitiae administratio. Causarum, quae in foro ventilantur, plane ignarus esset, qui, quam saepe processus ambiguitatem non nisi decisione, a iudice superiore facienda, tollendam esse, nesciret. Luculentum praebent exemplum acta concursus, quae deficiente supremi iudicis verbo, saepe in aeternum gerentur. Qualis iustitiae miserrimus sit status, vbi iudex superior non eam, quam potest et debet, adhibet auctoritatem, docent praeprimis acta fori communis, propter nimias appellations, leuterationes, reuisiones, supplicationes, restitutiones, et id genus alia remedia suspensiua, saepius non sine dolore inspicienda. Felix patria, quae nunc optima fruitur iustitiae administratione, et inde salubres siam vidit, saluberrimosque in futurum sperare fructus poterit.

#### §. XXII.

Haec sunt, quae de praesenti materia dicenda esse putau. Ut ea, qualiacunque sint, lector beneuole accipias, rogo et obsecro.

*Quaeritur*





Kf 1351

ULB Halle  
006 663 63X


3



VD 18



B.I.G.



Pr. 20. n. 6.<sup>a</sup>

20  
65  
DE  
**DONATIONE INOFFICIOSA**  
PRO  
PARTE LEGITIMAE RESCINDENDA

AVCTORE

CHRIST. FRIDER. SCHORCHT

ADVOC. IMMATE.



I E N A E

APVD C. F. GOLLNER ET I. W. RVDOLPH.

CGI 19CC LXXVIII.

Zf 1351

